

hujus civitatis diversar. artium, qui pueri et puellae presentantur predictis of. J. V. de tempore in tempus, quib. off. nris, vigore sui offitii, quia sunt super omnibus artibus, pertineant pacta et conventiones inter dissipulos seu dissipulas et magistros tam in facto temporis accordationis dictor. pueror. et puellar. quam in facto eorum salariorum et . . . seu eorum utilitatem, prout singula et particularia continentur in matriculis seu ordinibus dictor. artificialium, quae matriculae et ordines conservati sunt in libris et quaternis nri off. J. V. et quotidie occurrat quod volentibus nris justitiariis predictis taxare et limitare pretium inter dictos magistros et dissipulos justa ritum offitii et secundum Deum et justitiam, dicti magistri hoc recusant et recedunt ab offitio nro predicto conducentes tali modo malo dictos pueros seu puellas, et incontinenter vadant ad notarios publicos et ibidem dicti notarii accipiant preces obligationes inter tales dissipulos seu dissipulas et magistros, illis salariis modis compositionibus obligationibus quibus volunt, quae obligationes dictor. pueror. et puellar. sepiissime sunt contra Deum et justitiam et damni maximi dictor. pueror. seu puellar., et quia tales qui accordant dictos pueros et puellas nullum habent respectum ad eor. utilitatem et quia cum majori. . . fiant tales accordatus ad off. nrum J. V. quae accordationes etiam patent per scripturas off. prelibati. Id. vero consulunt nri J. V. omnes concordantes quod pro bono et utilitate dictor. pueror. et puellar. et ut justitia habeat rectum suum sit vetitum omnibus notariis Venetiis. et quod addatur in eor. capitulariis quod nullatenus accipere valeant preces hujusmodi accordatus et iudices nri Curiar. Palatii de his similibus accordationibus per instrumento, si qua deinceps facta apparent seu in futurum facerent, nullum valeant reddere rationem.

Confermata 25 settembre 1402 colla seguente dichiarazione.

Et quod de cetero nullus notarius cujuscumque conditionis existat, tam per modum imperiis quam per modum Venetiis., accipere audeat vel pressumat aliquo modo vel ingenio per se vel per aliquem accipere vel accipi facere aliquam partem nec instrumentum aliquod componere inter aliquos pueros et puellas tam parvos quam magnos, famulos, servitores, laboratores et familiares cujuscumque conditionis temporis et etatis et aliquos maistros et artifices mercatores ministeriales seu alios quoscunque cujuscunque conditionis existant et tam terribiles quam forinsecos tam in civitate Venetiis. habitantes, quam pro portando et conducendo eos extra ad standum labo-